

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82**

**Landsberg, Johannes Justus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput 29mum

[urn:nbn:de:bsz:31-108793](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108793)

Sed hoc non valeo, nisi tu dederis. da ergo quod  
inibes, et sic <sup>ut qu. solus possideas cor meum & habitus inter-</sup> ~~latificabis animam serui tui~~  
~~tra mea, vnde est solatio mea~~

O dulcis amator anima mea, pietas tuas adeo  
magna est erga me, ut tibi non sufficiat anima  
mea <sup>bona conferre</sup> ~~prosperare~~, nisi et corpori meo beneficia pe-  
nè innumera tribuas. Quid obsecro, pro mul-  
tis aliis merui, ut non coecus, non surdus, non  
mutus, non claudus, non marcus nascerer? Cur  
noluisti me collocare in numero eorum, quos vi-  
deo infirmos debiles, membra luesata et fracta ha-  
bentes; ~~quos tu prope~~ <sup>quos tu prope</sup> ~~vel etiam~~ sensibus destitutos,

+ aut quos sors ad = furiosos, stupidos, rudes, agrestes, et inuentis  
vnta inopia pre- infipientibus non multum ab similes, <sup>quos tu prope</sup> ~~aut alios~~  
mis miseris obruis, ac <sup>Ludibros</sup> ~~exponis~~ <sup>caput</sup> ~~ignominie~~ hominum ~~caput~~  
<sup>inopia, opprobriis, opprobriis, contemptus</sup>

Cur inquam de horum numero me esse noluisti, ni-  
si quia tu mihi benefacere voluisti, nisi quia  
tu me dilexisti, et ego te non diligam? nec tibi  
unice uivam? O Deus meus, o vita anima mea  
o totum solatium meum, o amor meus, quando  
te ardentissime amabo! Quando tibi pro bene-  
ficiis tuis fidelissime seruiam. O utinam à me-  
ipso totus deficerem, totus ab immenso amoris  
tui incendio absorberer. <sup>consolationem</sup> Suscipe me seruum tuum  
in bonum, tibi enim me consecro in perpetuum.

M. 118.

Caput 29<sup>num</sup>  
Aspirationes ad Deum tanquam aeternam felicitatem nostram.

1. Domine Deus, quā mihi lorderē debet terra  
dum coelū aspicio, et q̄ illū tanquam torrentem



45  
omnis voluptatis, et abyssum cunctorum bonorum  
in qua feliciter immergentur electi tui, contemplant.  
Hec me infelicem quod necdum cupia dissolvat esse  
cum Christo! O Deus meus, quid mihi est in caelo,  
et a te quid volui super terram? An mens mea bea-  
tior esse potest, quam ut abundet omnibus  
bonis, et liberetur ab universis malis? Quid  
est ergo, o dulcissime Deus, quod <sup>non</sup> ardentius  
ad te venire anhelam? Ecce enim apud te in  
caelo aderit omne bonum, et aberit omne malum;  
quidquid enim, o anima mea, nolueris, ibi non erit.  
et quidquid volueris, ibi erit. Erunt ibi omnia  
desiderabilia, quia aderit ille qui omnia delice-  
tabilia fecit, quique ~~cuncta jucunda~~ <sup>in se re-</sup>  
condidit. Verbo erunt bona, quae nec oculis vidit,  
nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quae prepara-  
vit Deus diligentibus se. Diligam te igitur Domine Deus,  
diligam te, ut fruam te, et amore tui teneam tui desiderio  
flagrem, ut possideam te. Tu nunc esto meum sola-  
rium, qui es futurus praesidium, et semper querat ani-  
ma mea, et utinam tandem te sumum, et <sup>in</sup> ~~caelum~~ <sup>in</sup> bonorum laudem  
inveniat, teneatque, per aeterna saecula.

2. Felix igitur illa anima, quae te dulcissimum Dominum  
facie ad faciem cernit, quae in viscera tua super te ~~delectatur~~ <sup>delectatur</sup> ~~in~~ <sup>in</sup> ~~delectatur~~ <sup>delectatur</sup>  
ratissimum tuis fruitur amplexibus, quae torrente volup-  
tatis tuae potatur, et inebriatur ab ubertate donis tuae. Ah  
quis capere sufficit, quantis haec deliciis affluat, quam  
magna, quam suavia amoris tui sentiat blandimenta. O  
Deus meus, vere tu es vita beata, vita jucunda, vita  
super omnia desiderabilis; Ecce enim in te erit gau-  
dium sine dolore, caritas sine languore, requies  
sine labore, opulentia sine amissione, salubritas sine bea-  
tudo sine calamitate, suavitas sine amaritudine, abun-



Dantia sine defectu . vita sine morte . Verbo omnia  
erunt tranquilla amena, desiderabilia, delectabilia, quo  
fit, o amantissime Deus, ut qui te vident, semper te videre  
desiderent et sine fastidio satiantur. Ah desidero  
te milias mi Deus, quando venies, me laetum, quando fa-  
cies, <sup>et</sup> ~~in~~ oculo tuo saties.

3. Quis iam, nisi amens, aut coecus, omnes mundi vo-  
luptates, tanquam puerorum esurientia <sup>non</sup> despiciat, si fu-  
tura felicitate assidue meditatur? O qua laetitia,  
qua voluptas erit perpetuo conversari cum Sanctissima  
Trinitate, ac pro admiratione, pro satiata, pro gaudio  
pro delectatione, pro amoris ardore in eum, absorberi vi-  
sione? O Quae laetitia, qua voluptas, dulciter atque familia-  
riter colloqui cum Christo Domino, cum dilectissima ma-  
tre eius, cum universo tam nobili, tam casto, tam amabi-  
li coelitu coetu. O qua laetitia, qua voluptas, ama-  
nissima illa luce aeterna perfusi, inscrutabilia secreto-  
rum dei iudicia, et ineffabilia sapientiae ipsius arcana  
vero cognitionis intuitu percipere? O qua laetitia qua  
voluptas videre pulcherrima, audire invidiosissima, qui-  
sare dulcissima, olfacere suavissima, ~~tingere~~, et  
percipere clarissimam, atque in oceano deliciarum natam  
omnibusq; bonis cumulari sine fastidio, sine ter-  
mino, in omnem aeternitatem. O quando veniam et

M. 41

M. 4

M. 26

M. 18

apparebo ante faciem tuam Domine Deus, quando in  
pace dormiam et requiescam in te? <sup>ling</sup> Tibi dixit cor meum,  
exquisivit te facies mea, faciem tuam Domine requi-  
ra. En deprecatus sum faciem tuam in toto corde  
meo: miserere mei secundum eloquium tuum.

Caput 30<sup>m</sup>

Continuatio earundem aspirationum  
ex psalmis.

1. Quam dilecta tabernacula tua Domine vir-